33953

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS SVECIÆ AD ILLUSTRISSIMOS CASTELLANUM CRAKOVIENSEM, RELIQUOSQUE SERENISSIMÆ REIPUBLICÆ POLONÆ SENATORES SÆCULARES AMICOS SUOS DILECTISSIMOS,

EPISTOLA

AD UNIONIS NEGOTIUM TRACTANDUM ET CONCLUDENDUM,

DATA.

Gustav Adolf





A. D. 1632.

GUSTAVUS ADOLPHUS DEI gratiâ Suecorum, Gothorum, VVandalorumq; Rex, Magnus Princeps Finlandiæ, Dux Esthoniæ & Careliæ, nec non Ingriæ Dominus,



LLustris Domine Palatine, amice Nobis sincere dilecte.

Legatum nostrum, quem in Poloniam expedivimus, Consiliarium nostrum Secretiorem Nobis sincere fidelem, Magnificum & Generosum Dominum Jacobum Roussel, jussimus singularia quædam, & mutuum Regni nostri & Serenissimæ Reipublicæ Polonæ commodum concernentia negotia cum Illustri Dominatione vestrâ communicare. Pro eo, quo eandam in avitam libertatem ac Publicum bonum duci cognovimus, affectu, benignè requirentes, ut ei plenariam, in omnibus, quæ nomine Nostro in dictis negotiis adferet, fidem velit adhibere, & æquissimis nostris postulatis eam resolutionem elargiri, utinde tum præsens sæculum, tum futura posteritas Illustrem Dominationem vestram libertatis Patriæ non fuisse immemorem possit agnoscere. Porrò eam favore ac benevolentiâ nostrâ Regiâ complectentes, bene valere cupimus. Dabantur Stralsundij 5. Novembris Anno 1630.

Gustavus Adolphus.

